

sub pœna maioris excommunicationis latæ sententiæ ab Ordinariis in hoc articulo, obseruari præcipit, & ne quoquo modo illos molestent, mandet: ne quis per Gregorium decimum tertium reuocatam efficaciter fuisse, aut ad ius cōmune redactā credat. Et licet prædictum testimonium satis sufficiens videatur ad satis faciendum in contrarium obiectis: tamen art. 4. q. citat̄: Et in Additionibus ad Explicationem Crucis, §. 9. num. 30. fol. 37. & num. 37. fol. 93. &. 94. [vbi latē hanc disputat questionem] ad argumenta in oppositum respōdet. Vbi etiam docet prædicām Clementinam, Dudum, & Extravagant. Inter cunctas, Benedic̄i. II, non reuocari per Concilium Tridentinum, ut docent Cardinalis, Nauarro, Corduba, & Magister Soto.

¶ Sextū dubiū est: An Religiosi Mēdicātes presentati secundum formā Clementinas Dudū, possint absoluere ab omnibus casibus Episcopis reseruatis de iure, & specialiter? Ad hoc respondetur, q̄ licet dubij huius solutionis manifesta ex his quæ dubio tertio diximus, nihilominus respondemus per dictam Clementinam [Dudum] confessoribus